interrogãtes ꝓpter ɔ̄sciẽtiã. Domini est terra et plenitudo eius. Et iterũ. Si q̃s infideliũ vocat vos ad cenã et vultis ire. omne qd̓ apponit̃ vobis mãducate: nihil interrogãtes ꝓpter ɔ̄sciam. Et .j. thi. iiij. Ois creatura dei bona est: et nihil reiciendũ qd̓ cũ gratiaꝝ actõne percipit̃. Et ad tyt. j. omnia mũda mũdis. Itẽ ꝓbatũ est superius omnia creata fuisse a deo. nihil vero immundũ a deo creatũ est. ergo g̃ animaliũ immunda nõ est: g̃ nõ est abstinendũ a carne ꝓpter carnis immũdiciã. Pꝰ. si nõ est vtendũ carnibꝫ taliũ animaliũ in cibũ. ergo nec lana nec pellibꝫ eoꝝ est vtendũ in vestitũ.

## De errore illoꝝ q̃ dicũt veterẽ legẽ malã Capitulũ .x.

Sequitur de secundo errore qui ponit legẽ veterẽ datã ẽẽ a principe tenebraꝝ: et malã esse cui errori occasionẽ dedit legis grauitas. Visum est enĩ aliq̃bꝫ nõ fuisse deũ benignũ. qui tã graue onus ꝓplo ipo suit. Ad qd̓ dicendũ. ꝙ corda iudeoꝝ erecta erãt ꝑ ꝓsumptionem. Vñ dicebãt nõ deest q̇ impleat ſ3 deest q̇ iubeat Exo. xix. Rñdit vniuersus ꝓpls simul cuncta q̄ locutus est dñs faciemus. Eiusde. xxiiij. habet̃ idẽ. vñ humiliãdi fuerũt graui onere legis: vt videntes insufficientiã suã. hũiliati ad auxiliũ grẽ recurrerẽt. Deus enĩ humilibus dat gratiam. j. pe. vlti. Dedit etiam occasionẽ huic errori iusticia que fiebat in veteri lege. quam alibi mentiuntur crudelitatem. Unde dicunt non fuisse deum benignum: qui legẽ tam crudelem dedit. Ad qd̓ dicendũ. ꝙ cũ principiũ sapientie sit timor domini. puer. j. pfectio vero sapiẽtie sit amor dei scd̓m illud Eccle. j. Dilectio dei honorabilis sapientia. prima lex debuit sapientiam inchoare. timorẽ dei per iusticiã incutiendo. Secunda lex debuit sapientiã perficere: ad amorẽ multis admonitionibꝫ et ꝓmissionibus et beneficiorũ exhibitiõibus incitando. vnde iusticia in veteri lege debuit habundare. iusticia vero non est crudelitas sed bonitas. vt in tractatu iusticie ostendetur


TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG